I

Annus 1602 currens ... Reinholdum est a mundo condito 5564.
... secundum Alb... a condito mundo 4580 an...

Periodus Juliana continet annos 7980. qui pro[ducuntur] ex continua multiplicatione trium cyclorum ... Indictionis 28. 19. 15.


M. Joannes Broscius
Curzelowensis.
1611.

Periodus Dionysiana continet annos 532.
ex multiplicatione 28 in 19.

In Periodo Juliana bissextilis ille habetur, qui a divisione quaternaria relinquit unitatem.

Ex his cyclis ad 15 indictiones ...		☉	☽	Indictio
	1	57	476	6916
	2	114	420	5852
Accipe annos ☉ et cycli ☽ et similiter	3	171	364	4788
annos ☽ congruentes	4	228	308	3724
... annum, quos simul	5	285	252	2660
... Aggregatum divid...	6	342	196	1596
... 15 residuum sub... ab indictione ...	7	399	140	532
... 15 si subtractio	8	456	84	7448
... nequeat, atque	9	513	28	6384
... alternam accipe sub ...	10	[illegible]38	504	5320
... indictionis annos	11	95	448	4256
qui additi priori aggregato ostendent annum	12	152	392	3192
Periodi Julianae.	13	209	336	2128
Periodi Olympiadis ...	14	266	280	1064
...	15	323	224	7980
...	16	380	168	
Annus ...	17	437	112	
... 3938.	18	494	56	
	19	[illegible]9	532	
	20	[illegible]76		
Pro Olomucensi ...	21	1[illegible]3		
aspectibus	22	1[illegible]0		
Reinholdi	23	[illegible]47		
Pro Cracoviensi	24	[illegible]04		
... 23 mi-	25	[illegible]61		
nuta ...	26	[illegible]18		
... Tychonis.	27	47[illegible]		
Aspectibus vero Reinholdi 32 minuta ...	28	[illegible]32		

75. His annis
607. Christi ter-
1139. minatur
1671. Periodus
2203. Dionysiana
2735. quae constat
3267. annis 532.



Si tempus reductum habeas pro Cracoviensi meridiano, vel illud reducere pro Olomucensi, subtrahe 22 minuta.
Tantam enim differentiam dat tabula locorum Origani. At ex tabulis Geographicis 3 graduum differentiam colligo, itaque 12 minuta subtrahenda. Vienna et Olomucium fere sub eodem meridiano. Occidentaliores Cracovia

913

Horas inaequales integras in usu habuerunt usque ad annum a nato Christo 300 ut chronologi monent, quicquid ante annum post nativitatem Christi 300 legitur in historiis, tam sacris quam prophanis, et omnia de horis inaequalibus esse intelligendum. Bart. Keckermanus.

Astronomi alii a meridie, alii a media nocte diem suum inchoare solent, hoc est a meridiano circulo omnes, nulli ab Horizonte. Ptolemaeus, rex Alfonsus, et Tycho Brahe meridiem assumunt. Nicolaus Copernicus Hipparchi exemplo mediam noctem. Hoc tamen interest inter diem Alfonsi et eorum, quod Alfonsinus dies ibi desinat, ubi dies Ptolemaicus aut Tychonianus incipit, exempli gratia. Kalendarum Januarii principium Ptolemaeo et Tychoni est ipse meridies primae lucis Januarii. Alfonsus vero eandem inchoat a meridie ultimi Decembris, et sequenti meridie terminat, similiterque in singulis anni diebus rationem observat. Quod ex Arabum consuetudine promanasse existimo. Quare dies Alfonsinus antevertit diem Copernici horis 12, et his horis totidem diei Ptolemaici initium praecedit. Nobis dies Copernici ideo prae reliquis placuit, quia omnibus suis partibus cum die civili Romano consentit, et quoniam annos politicos ab eodem diei principio putare solemus. Vide Nicolaus Mulerius in tabulis Frisicis solaribus.

℞ pul. de Rhabarbaro
pul. de agarico Mesue.
pul. de hyera ana ʒi
Misce, fiant pilulae N. ...
pro ... custodia.

Thesaurus Pharmaceuticus medicamentorum omnium fere facultates et praeparationes continens collectus per Casparum Schwenckfelt Gryphimontanum Silesium. Basileae in officina Frobeniana anno 1587.

Utile prudenti speculum, contemptio stultis.
Aut quibus Helleboro sit reprimenda fames

Sequestra sequester ut Modestinus sub titulo de verbo: [illegible] significationibus scripsit id est apud quem plures rem aliquam de qua controversia est deposuerunt. ita dictus quod eius qui electus est utraque pars fidem sequatur. Est enim medius inter duos altercantes apud quem aliquid deponitur apud Virgilium igitur pax sequestra est pax in-ter media intercedens. Ciceronis Verr. 3. oratores sequestres accipiunt [illegible] interpretibus qui iudicijs corrumpendis aut eius-cuimodi maleficijs suscipiendis operam suam locant. Cicero in Verrem Mones praedico, antedenuntio qui aut deponere aut recipere, aut accipere aut polliceri aut sequestres aut interpretes corrumpendi iudicij solent esse quique ad hanc rem aut potestatem aut impudentiam suam professi sunt abstineant in hoc iudicio manus animosque ab hoc scelere nefario. Et pro Cluentio: quo sequestre in illo corrumpendo iudicio dicitur esse usus hoc est mediatore et interventore. Virgilius: Qua cum Pallante mortuo ibant Pallante quidam legunt Pallanta ut sit ordo venit in medios ad Pallanta fere-tro reposto. vix laxata dolore solemus in gravis-simis doloribus obmutescere: ut apud Sophoclem in Antigona. Euridice nuntio accepto de nece Haemonis filij. silentio obruta. suffocata inducitur

Bis seno [illegible]

Dwanaście sobie przyjzeli dni. Teucrowie napoły y ta-cinnicy wolno błagali sobie po gurach włeczyc. pod pokoiem pośrodnikiem y wielkim Brzmj od siekiri obosietnej wy-soki jesion, powalaią sosny wysmosłe ku niebu. ani ustawaią kliniami ktorzy śczypiąc, i wonieiącey cedr. ani ustaią wozie medrzerow na wozach skrzypiącyich y lasu


Sequester

pingere
velut in
~~cereis~~ tabulis
cereis
in quibus
antea
pinxeram

tess wiesc lotna (latająca) obwieszając za [illegible]
sal Ewandra y Ewandrowe mieszczany y miasto [illegible]
ta ktora niedawna wznoszta polatiu. Trzy ciesze [illegible]
sa zdradzcowie do broni sie [illegible]. y [illegible]
stawego pogrzebne [illegible] swiece z oswiecata [illegible]
od [illegible] rzędu pochodni y szeroko rozmidocz yla
pola [illegible] [illegible] [illegible] idąc przytoczyl sia
[illegible] kupy [illegible] panie nachodząc do miasta o:
[illegible] [illegible] wszystkiem smętne miasto [illegible]
[illegible] zadna [illegible] niemogla [illegible] ale przyszedl
między nie do Pallasza gdy mary zlozono upadl
na nie y [illegible] płacząc y wzdychając y [illegible]
[illegible] ledwie [illegible] sie [illegible] od bolesci.

Cautus vel ammonitus et fortunae illam [illegible]
[illegible] quanto sibi in bello in [illegible] [illegible]
[illegible] erant. Ut intellig[illegible] [illegible] Pallantem a [illegible] discedentem. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] qui [illegible] cedem [illegible]
[illegible] spolia. Haec enim est summa cautio in bello
hostem vincere absque suo periculo. quae vocatur prudentia, ut hic [illegible] possimus cautius et prudentius
Vel cautus non temerarius sed considerate et capta
occasione et opportunitatibus in armis apud [illegible].

Multaque [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
In eandem fere [illegible] Propertius de [illegible]
[illegible] [illegible] quo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]



ANNORUM PRIORUM 30
Incipientium ab Anno Christi 1595, & desinentium in annum 1624,

EPHEMERIDES

BRANDENBURGICÆ COELESTIUM MOTUUM ET TEMPORUM;

Summa diligentia in luminaribus calculo duplici Tychonico & Prutenico, in reliquis Planetis Prutenico seu Copernicæo elaboratæ,

a

DAVIDE ORIGANO GLACENSE Germano, Mathematico in Academia Electorali Brandenburgica Professore Publ. & ordinario.

Et accommodatæ horizonti Francofurtano ad Viadrum, cujus longit. est 36 part. 01': Latitudo 52 part. 20':

NEC NON CALENDARIO NOVO GREGORIANO, *veteri Iuliano, cujus usus passim in compluribus Europæ, Asiæ & Africæ regnis viget: Item Syrorum, Abissinorum ac Æthiopum, Iudæorum, Ægyptiorum, Arabum Turcarum Indorum, & deniq; Persarum:*

Cum privilegijs S. Cæsareæ Majestatis, Christianissimi Regis Galliarum, & quorundam Principum ac Rerumpublicarum.

Typis exscripsit Ioannes Eichorn ANNO 1609.
Apud Davidem Reichardum Bibliopolam Stetinensem.

In primo hoc tomo sub Syzygijs Lunaribus & Planetarum reliquorum mutuis, explicantur.

1 *Rationes appellationum mensium Romanorum Anno* 1595
2 *Picturæ, quibus menses singuli adumbrari solent Anno* 1596
3 *Morbi, qui ratione motus ☉ ex consensu signorum cælestium cum his inferioribus, per annum homines communiter afficiunt* 1597
4 *Qualitates mensium naturales, quas Luna collata ad Solem per annum profert, in quibus se misere torquent, qui juxta vulgares regulas menses denominant* 1598
5 *Regulæ sanitatis tuendæ, singulis mensibus accommodatæ* 1599
6 *Præcepta rei rusticæ per annum in agris, hortis, & vineis administrandæ* 1600
7 *Solemnitates festivitatum, & memoriæ sanctorum, quibus ex usu veteri per totum annum dies mensium insigniuntur; ab Anno* 1601 *ad* 1620
8 *Ostenduntur loca Dominicalium Epistolarum* 1621
Evangeliorum 1622
Item ex quibus petantur Festorum { *Epistolæ* 1623 / *Evangelia* 1624 }
9 *Appendicis loco monstratur, Ephemerides hasce utriq; Calendario novo & veteri accommodari, sicut & festa principalia tam mobilia quam fixa, sanctorumq; memoriæ speciatim exprimuntur. Docetur insuper Calendarium antiquum Iulianum in Græca Ecclesia apud Syros, Moscovitas, & in amplissimo Abissinorum ac Æthiopum regno in Africa usurpari.*
10 *Martyrologium Romanorum & Menologium Græcorum proponitur, ut quorum memoriæ passim recolantur, quivis non superstitiosus videat.*

In altero vero tomo declarantur

1 *Distinctiones aliquot dierum* { 1 *In faustos & infaustos Anno* 1625 / 2 *In Calendas, Nonas & Idus* 1625 & 1626 / 3 *In festos, Profestos & intercisos* 1626 }
2 *Festa ut olim apud Romanos in usu fuerunt, quibus inserruntur ortus & occasus stellarum ex libris Fastorum Ovidij ab Anno* 1627 *ad* 1636
3 *Ludorum varia genera apud Romanos Anno* 1636
4 *Nomina mensium & festa quæ a Græcis olim usurpata sunt ab Anno* 1637, *ad* 1650
5 *Nomina mensium & festa apud Hebræos & Iudæos ab Anno* 1651 *ad* 1654
6 *Calendaria externa* { 1 *Ægyptiacum* / 2 *Arabicum quod & Turcicum & Indicum,* / 3 *Persicum* } 1654
7 *Appendicum loco supputatio ostenditur Calendarij* { 1 *Hebræi* / 2 *Arabici* }

REVE-

REVERENDISSIMO, ILLUSTRISSIMOQUE PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO CHRISTIANO GUILIELMO, ARCHIEPISCOPO MAGDEBURGENSI, ET GERMANIÆ PRIMATI: MARCHIONI BRANdenburgensi: Borussiæ, Stetinensium, Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandalorum, & Crosnæ ac Iegerndorffi in Silesia Duci: Burggravio Norinbergensi, & Rugiæ Principi; Domino suo clementissimo.



ANNUS jam agitur undecimus, Reverendissime Archiepiscope, ac Princeps Illustrissime, Domine clementissime, quo meas primum in lucem producere cœpi Ephemerides, constructas ad celebre Emporium literarium Marchiæ Brandenburgicæ, quod laudatissimæ & nunquam interituræ memoriæ Princeps, ac verè Pater patriæ Ioachimus Primus Elector Brandenburgicus, abavus Reverendiss. Cels. T., ante annos centum quatuor, Francofurti ad Viadrum constituit & aperuit. Quas, quia plerisq; candidè judicantibus in Germania, Gallia, Italia, Belgia, Anglia, Hispania, gratissimas fuisse animadverti: anno statim sequenti ab editione illa prima, qui fuit Christi 1600, indefesso labore & vigilijs summis revidere, nec tantum à mendis, quæ passim irrepserant, repurgare; sed & magno annorum numero, Calendarijsq; externis augere, & simul, quia motum luminarium ex accuratissimis Tychonis observationibus & correctionibus, nunc multo exquisitiorem & cælo apprime correspondentem habemus, descriptione accurata motuum illorum, Eclipsiumq; tam supra quam infra terram, illustriores reddere, & quasi renovare aggressus sum. Ac sane DEO Opt. Max. hisce meis conatibus clementissimè favente, effectum est, ut ad annos 60 easdem extenderim, & varijs admonitionibus, de festis inprimis Christianorum, ornaverim. In publica etiam luce jam ante triennium fuissent, nisi me bibliopolarum inania promissa fefellissent; quæ etiam eò tandem me redegerunt, ut proprijs illas sumtibus emiserim; idq; vel eò, ut promissis meis satisfacerem, & nomen meum, quod cupio esse honestum, à calumniatorum quorundam morsibus, debita ratione vindicarem. De duobus vero ut hic moneam necessarium esse duxi: Primum de calculo Tychonico, & secundo de Eclipsibus; cum de reliquis, ut festis Christianorum, & Calendariis externis, passim in hoc & sequenti Ephemeridum tomo admonitiones necessarias & utiles proposuerim.

 Ad cal-

Ad calculum ergo Tychonicum quod attinet, fateor ego ingenuè, poſtquam in officio profeſſionis meæ multoties expertus ſum, motus Solis & Lunæ, ut obſervationibus & hypotheſibus Copernicanis, quas Reinholdus in tabulis Prutenicis ſecutus eſt, deſcripti ſunt, quosq; per annos triginta ſex in priori editione Ephemeridum inde deduxi, ab obſervationibus meis & aliorum valde aberrare, nec tempora Eclipſium, vel in noſtro, vel aliorum meridiano, vera & cælo conſentientia exhibere; nihil mihi gratius, nihil acceptius accidiſſe, quam quod motus illi, prævia accurata multorum accommodatorum Inſtrumentorum, qualia nullus unquam Uranies cultor à condito mundo adhibuit, obſervatione, à Tychone de Brahe nobili Dano correcti, & in tabulas relati, in primo progymnaſmatum tomo nobiscũ publice communicati ſint. Etenim ſtatim ac tabulas illas nactus ſum, avide in motus ☉ ac ☽ primum inquiſivi, & poſtea motus illos cum obſervationibus quibuſdam meis contuli; & quia egregie conſentire deprehendi, eoſdem ad ſexaginta annos modo currentes, ſingulosq; eorum dies, diligenter, laborioſo certe calculo, ſupputavi, & in Ephemerides haſce meas, ut alijs inſervirem importavi, quando omne bonum ſui communicativum eſt. Ex quibus præter alia commoda, quæ quiſq; deprehendet, hæc duo præcipua publicum bonum ſpectant. Primo quadrantes anni, qualitatesq; illis prædominantes exactius inde determinantur, accuratioraq; prognoſtica conſtituuntur. Tempeſtates enim aeris in novilunijs, plenilunijs & quadraturis maxime mutantur, & ex poſitu cæli in momenta eorum incidente potiſſimum definiuntur. Inde quia res ex terra naſcentes vel incrementa vel impedimenta ſua habent, melius quoq; & certius de earum annona judicatur. Secundo globus terræ, cujus ſuperficies convexa ſecundum longitudinem nondum exquiſite eſt explorata, ex Eclipſium diligenti obſervatione in exactiorem notitiam devenit. Cum enim Eclipſes Lunares uno eodemq; momento in cælo fiant, & à terræ incolis quoq; paſſim uno eodemq; tempore obſerventur, ſed diverſis horis; quæ ob rotunditatem & motum terræ, ratione diſſimilis tranſitus ☉ per meridianos terræ, varie variant, occidentalibus ſemper pauciores horas numerantibus quam orientalibus; quibus, quia citius oriri, meridianum tranſire & occidere videtur Sol, citius incipit & finitur dies, quam occidentalibus: Sane horarum illarum diverſarum ad incrementa & decrementa, inprimis ad medium Eclipſis, exquiſita notatio & collatio, nos in diverſitatem meridianorum deducit: qua deprehenſa, cum terra meridianis ſecundum longitudinem differat, ut parallelis ſecundum latitudinem, in veram longitudinis locorum determinationem pervenimus. Hac recte ex Eclipſium ſecundum Tychonem accuratis deſcriptionibus cognita, nihil amplius deſiderabitur, in Geographicis terræ delineationibus, ſed poterunt eæ quam exactiſſime inſtitui.

Deinde de Eclipſibus hoc quoq; notandum, quod licet magnam illarum copiam ſingulis annis in meis hiſce Ephemeridibus exhibeã, & quidem omnes quæ ſu-

pra & infra noſtrum horizontem contingunt, deſcribam, quod nullus unquam Ephemeridum ſcriptor ante me præſtitit, non tamen eas hoc noſtro ſeculo frequentiores eſſe, quàm fuerint olim temporibus Ptolemæi, Hipparchi, Thaletis & aliorum, qui ante Catacliſmum vixerunt. Opinionem enim illam de majore frequentia Eclipſium, quam homines plebeji ferme omnes, & inter literatos non pauci, ex Mathematicorum populariter de Eclipſibus loquentium ſcriptis conceperunt ſibiq; impreſſerunt, falſiſſimam eſſe, & nullis neq; demonſtrationibus neq; probabilibus rationibus niti judico. Unde & operam dabo, ut cauſſis Eclipſium cum Opticis tum Aſtronomicis initio breviſſimè oſtenſis, eam convellere, & ex animis legentium hæc noſtra, prorſus eximere poſſim.

Primùm autem magna occurrit diverſitas in duobus iſtis mundi luminaribus in quibus rerum omnium ſummus artifex Deus, tanquam in vaſis, collegit lucem cæleſtem, jam ante conditam, qua diem quidem à Sole, à Luna vero noctem illuſtrari voluit. Sol enim dux, princeps & moderator reliquorum cæleſtium corporũ, quia omnis lucis autor & fons eſt, à quo non ſublunaria tantùm illuminantur, verũ reliquæ quoq; ſtellæ omnes lucem & ſplendorem accipiunt, nativa & congenita luce fulget. Luna vero, quæ quaſi terra cæleſtis eſſe creditur, opaca eſt, & lumine proprio, quo hæc inferiora illuſtret, deſtituitur: ac ſi luce aliqua imbuta conſpicitur, nõ eſt illa nativa & propria, ſed aliunde & quaſi mutuò à Sole deſumta. Cum enim in remedium tenebrarũ nocturnarũ condita ſit, provida natura ſic corpus ejus effinxit, ut propria luce carens, aptitudinem haberet, ea in parte lucẽ Solis accipiendi, qua eundem reſpicit: ſed ita tamen, ne radios Solares per corpus ſuum ut vitrum tranſmitteret, verũ eos potius in ſuperficiem ſuam incidentes κατ' ἀνάκλασιν reflecteret. Atq; hoc ipſum confirmant diverſæ φάσεις & illuminationes Lunæ, in quibus illuſtratæ ejus partis, quæ propter Lunam Sole multò minorem, medietatem aliquantulum excedit, tanta ſolummodo portio cõſpicitur, quanta & Soli obverſa eſt, & in oculos noſtros incurrit. Namq; non multum ante & poſt novilunium, ubi ſecundum cæli longitudinem, ut nos eam ex terra conſideramus, Luna propior eſt corpori Solis, exigua ejus portio apparet, & κερατοειδὴς corniculata ſeu falcata cernitur, ſiquidem baſis pyramidis viſionis, à baſi pyramidis illuminationis, exiguam partem abſcindit. Poſtea verò longiùs diſtans, quò remotior eſt à Sole, & ad oppoſitionem ejus propius fertur, eò major conſpicitur, donec Soli & oculis noſtris obverſa, pleno orbe, quo ad noſtrum aſpectum refulgeat Tum enim in eodem Lunæ hemiſphærio utriuſq; pyramidis baſes cernuntur, uti uberiùs iſta ex doctrina illuminationis Lunæ conſtant.

Quæ cum ita ſeſe habeant, manifeſtum cuivis eſt, ſi inter Lunam & Solem aliquod denſum & opacum corpus conſtituatur, quod umbram efficiat, & certis lineis radios Solares, quo minus in Lunam incidere poſſint, arceat; Lunam quidem illo mutuaticio Solis lumine revera privari poſſe: Solem vero cum non aliena ſed propria ac nativa luce ſplendeat, non item. Neq; enim perfectiſsima

illa & alterationis ac interitus expertia corpora, ullam suæ essentiæ mutationem patiuntur, ullamve lucis novæ generationem & pristinæ amissionem admittunt, sed perpetuo & constanter suam substantiam, & omnia, quibus natura substantiam illam exornare voluit, accidentia retinent & conservant. Potest tamen lux illa Solis, quo minus a nobis observetur, interposito inter visum nostrum & Solem, corpore aliquo denso & opaco, optime intercipi: Qua ratione videmus splendorem ejus nobis adimi, cum vel infra hemisphærij nostri circulum mergitur, & per noctem a soliditate terræ ita impeditur, ut radij ejus aerem apud nos illuminare non valeant; vel nubes aut vapores crassiores, aut aliud aliquod corpus Elementare, Soli objectum, certis lineis jubar eius arcet; vel deniq; Luna inter Solem & terram currens, eius fulgorem ab aliqua terræ parte aufert. Cum vero Solis infra hemisphærium nostrum discessum, potius noctem, quam Eclipsin vocemus; ut nec Solis a nubibus occultationem eo nomine dignamur, cũ ille corpus ipsum quidem a conspectu nostro, efficaciam radiorum non item, nisi densiores sint nubes, subtrahant: Reliquum est usitate à Mathematicis Eclipsin Solis vocari eam radiorum Solis aversionem, quæ fit, cum Luna inter visum & Solem interponitur, & vel Solem totum, vel partem eius aliquam, quo minus à subjectis terræ incolis aspici possit, intercipit.

Etsi vero diametrum utriusq; luminaris perpendens, quæ juxta Ptolem. consistit in proportione decupla octuplaq; superpartiente septem decimas, juxta Tychonem in proportione decupla octuplaq; simpliciter; & excessum, quo Sol juxta Ptol. sex millies quingenties & quadragies, juxta Tychonem quinquies millies, octingenties & quadragies octies ferè, Lunam superat; subdubitare possit, num Luna totum Solis corpus tegere, idq; ab aspectu incolarum terræ subtrahere valeat: tamen è regione considerans distantiam Solis à terra & propinquitatem Lunæ, quæ juxta Ptolem. decies novies, juxta Tychonẽ decies octies ferè terræ vicinior est quam Sol, ob quam quoq; caussam eâdem ferme quantitate utraq; luminaria, nobis ex superficie terræ magnitudinem illorum contemplantibus apparent; manifeste deprehendet, totum Solem aliquando à Luna facile tegi & occultari posse; quanquam ob apparentem æqualitatem luminarium, & motum velocem Lunæ, quo à Sole dirimitur, id fiat sine mora. Quemadmodũ enim experientia testatur, vastissimos montes aliquanto longius dissitos, lance, disco, vel alio adhuc minore corpore oculis nostris objecto, à visu nostro subtrahi: Ita & Luna multo minor, ast propior nobis Sole existens, totum quoq; Solem ἐπιπροσθήσει sua intercipere potest, quod exempla docent. Primo enim anno ejus belli, quod inter sese Græcæ civitates gesserunt, quodq; historiæ Atticæ Peloponnesiacum vocant, totalis Eclipsis Solis animadversa fuit, quæ tantas tenebras paulo post meridianum tempus attulit, ut referente Thucidide lib. 2 stellæ in cœlo apparuerint.

Sic Dionysius Halicarn: lib. 2 scribit, in conceptu Romuli totum Solem defecisse, & tenebras omnimodas plane ut noctu terras tenuisse: idemq; in decessu eiusdem

ejusdem factum. Scribit & Ammianus Marcellinus lib. 20, ante Constantij mortem, Solis totalem Eclipsin visam esse, quæ & ipsa stellas in cælo conspiciendas exhibuerit. Et Matthias Mechoviensis scriptor historiæ Polonicæ narrat, Anno Christi 1415, die 6 Iunij, hora 6 matutina, Solis Eclipsin tantam apparuisse, ut & stellæ velut nocte conspectæ sint, & aves subita caligine passim è sublimi in terram deciderint.

Ex quibus omnibus satis liquido constat: Primo nequaquam dubitandum esse de veritate totalium Eclipsium Solis; licet nobilissimus Tycho dubium quoddam moveat, dum diametros Lunæ in conjunctionibus cum Sole tam exiguas ponit, & contrahi à Solis circumfusa luce statuit, ut etiamsi omnia requisita ad Solis maximam Eclipsin producendã adessent; nunquam tamen totalem Eclipsin admitterent. Nam & dubium illud in appendice tomi primi progymnas: ab hæredibus Tychonis, & à Ioanne Keplero Cæsareo Mathematico cap. 8 Paralip. Optices discussum & sublatum est. Deinde id quodq; clarissime patet, quod supra ostendimus, fieri Solis Eclipses tantum secundum apparentiam, & κατ' ἐπιπρόσθεσιν τῆς σελήνης, & non Sole verè amittente lucem suam nativam.

Eclipsin autem Lunæ, quæ revera & non apparenter solum fit, eam dicimus lucis Solaris in Luna privationem, quæ contingit, cum Luna Soli diametraliter opposita, vere lucem Solarem, qua sese hominibus ostendit, propter incursionem in umbram terræ, amittit. Sciendum enim, omne corpus opacum oppositum lucido umbram secundum rectissimas lineas in eam partem spargere, quæ corpus opacum radijs lucidi circumquaq; comprehensum proxime sequitur. Nam cum radij lucentis corporis penetrare opacum nõ possint, efficitur, ut ab opaco corpore umbra in oppositam corpori lucido partem projjciatur. In qua tamen umbra & hæc distinctio consideranda occurrit; quod à rotundis corporibus, quale terram esse Astronomi & Geographi demonstrant, mittatur quidem umbra rotunda: (umbra enim imitatur figuram corporis opaci) sed καλαθοειδής, si corpus opacum majus sit lucido; κυλινδροειδής si lucidum æquale sit opaco; & κωνοειδής, si corpus opacum minus sit corpore lucido, sicut Optici probant. Iam quia Sol luce sua cuncta illustrat, terra vero propter densitatem & opacitatem suam radios Solares non transmittit, & multo minor est Sole; relinquitur, umbram quoq; à terra in oppositam Solis partem spargi, eamq; ipsam umbram κωνοειδῆ esse, quæ maxima quidem circa terram, magis tamen ac magis ulterius exporrecta attenuatur, donec tandem in acumen fastigietur, & prorsus deficiat. Est autem umbra illa satis adhuc ampla in sphæra Lunæ, præsertim ubi & Sol à terra longius abest, & Luna terræ vicinior existit. Nam ubi & Sol terræ propior est, & Luna ab eâdem longissime abit, ibi umbram quoq; rariorem minusq; latam esse necesse est: quandoquidem ut vicinitas Solis umbram terræ citius attenuat, remotio vero eandem ulterius extendit: ita Luna terræ vicinior in umbram crassiorem, remotior in tenuiorem illabitur. Fiunt ergo maximæ Eclipses Lunares in diametrali Solis & Lunæ oppositione, si

ne, ſi in æſtate, Sole in ſumma abſide conſtituto, Luna in ima abſide ſui circelli quem Epicyclum Aſtronomi appellant, reperiatur. Minimæ vero, ſi in hyeme, Sole in ima abſide ſui orbis exiſtente, Luna in ſummitate ſui circelli conſtituatur. Atq; hæ quidem ſunt cauſſæ Opticæ Eclipſium tam Lunarium quàm Solarium, quas & generales haud malè quis dixerit, quoniam ex corporum luminarium, & umbrarum terræ ac Lunæ diverſitate, hoc tantummodo oſtendunt; quod Eclipſes Lunares in oppoſitione ſeu plenilunio, Solares vero in conjunctione ſeu novilunio, contingant.

Ad Aſtronomicas & ſpeciales quod attinet, monſtranda nunc porro nobis ratio eſt, quare, cum ſingulis menſibus Luna Soli conjungatur, eidemq; opponatur, non ſingulis quoq; menſibus Eclipſes in Luna & Sole appareant? Evenire id animadvertimus ex diverſis vijs, quas mundi hæc magna luminaria in motibus ſuis, quibus zodiacum perluſtrant, exacte cuſtodiunt. Docent enim τηρήσεις Aſtronomicæ, Solem quidem κύκλον διὰ μέσων τ͂ ζωδίων adeo obſervare in inceſſu ſuo, ut nec ad latum unguem ab eo digrediatur; unde & κύκλος ille circulus Solis & orbita Solis nuncupatur. Lunam vero peculiari & diſtincta via ingredi, quæ obliq; inflexa eſt viæ Solis, eamq; duobus ſaltem oppoſitis in punctis ſeu nodis, qui à pernicioſis eventibus, quos afferunt, Caput & Cauda Draconis ab Aſtrologis dicuntur, ſecat, reliquis ab eodem in latitudinem abit; non aliter ac ipſam viam Solis æquatorem, in principijs Arietis & Libræ ſecare, reliquis ob eodem declinare experimur; unde ipſum quoq; Lunæ corpus menſtruo ſpacio bis tantum in circulo Solis, aſt reliquis temporibus extra eundem deprehendi aſſerimus. Jam ſi Luna eâdem cum Sole incederet via, nec ab orbita ejus, ut dictum, deflecteret; fierent ſane hujuſmodi Eclipſes, non tantum in Luna, ſed & Sole quibuslibet menſibus. Tum enim & Luna Soli oppoſita in umbram terræ, quæ & ipſa viam Solis obſervat, cum terra medium mundi & centrum Eclipticæ occupet, incideret; & Soli conjuncta, ſi diverſitatem aſpectus nullam admitteret, inter viſum noſtrum & Solem ſeſe interponeret, ejuſq; aſpectum ex oculis noſtris auferret. Quia vero à via regia ☉ deflectit, & peculiarem motu ſuo lineam deſcribit, quæ via Lunæ dicitur, cujus poli ab Eclipticæ polis ſecundum Ptolemæi, Albategnij, Alphonſinorum & Copernici tradita 5 grad., & à mundi polis nunc temporis calculo Prutenico 28 grad. 28 min. diſtant; evenire videmus, ut Luna rarò Soli conjuncta vel eidem oppoſita, in orbita Solis, ſed plurimùm extra, latitudinem quandam habens reperiatur. Hinc extra viam Solis exiſtens, ut Soli ſecundum longitudinem quidem Zodiaci, ſed cum latitudine oppoſita, in umbram terræ non illabitur; ita nec Soli ſecundum longitudinem Zodiaci, ſed cum latitudine conjuncta, lucem ☉ à ſubjectis terræ partibus avertit. In ipſa vero orbita Solis, vel prope eam exiſtens, ut Soli è diametro oppoſita umbram ſubit Luna, & mutuaticium lumen amittit, ita viciſſim Soli conjuncta ulciſcitur terram, & ab aliqua ejus parte vivificam lucem Solis amovet. Quapropter recte quoq; factum, quod ab hoc accidente via Solis Ecliptica

ptica

ptica denominata ſit, quandoquidem in hac vel prope hanc, luminaria Eclipſantur.

Oſtenſis cauſſis Eclipſium, videndum nunc nobis eſt, num aliqua mutatio à temporibus veterum in illis contigerit; ſiquidem cauſſis mutatis, effectus mutari neceſſe eſt. Docet autem experientia in Opticis cauſſis nihil quidquam immutatum eſſe. Sicut enim manſit eadem in Sole, Luna & terra ſubſtantia, ita eorum quoq; non eſt immutata quantitas, qualitas, & ſi quæ alia hac in parte conſiderari poſſunt, accidentia. Animadvertimus quoq; rationem umbrarum & lucis eandem nunc eſſe & manere, quam olim veteres Optici, Euclides & alij deprehenderunt, & in ſcriptis ſuis doctiſſimis expreſſerunt. In Aſtronomicis cauſſis res ita ſeſe habet. Quod ſi maximarum latitudinum viæ Lunæ termini, quibus Luna à via regia Solis, ex una parte in Septentrionem, ex altera in Auſtrum, quam longiſſime abit, eſſent imminuti; adeo ut obſervationes accuratiores Aſtronomorum oſtenderent, viam Lunæ ad Eclipticam propius acceſſiſſe, & angulos quibus circuli illi ſeſe mutuo ſecant, acutiores eſſe factos, quam fuerunt ſeculo veterum; ſequeretur certe, & Eclipſes tam Lunæ quam Solis, nunc in majore frequentia, quam olim, ſeſe nobis conſpiciendas præbere. Luna enim à Sole in utramq; mundi partem, quantum quidem olim diſceſſiſſe deprehenſa eſt, jam tantum non diſcederet, & propterea quoq;, ut in conjunctionibus propius ad Solem adducta, Eclipſes Solares; ita in oppoſitionibus, propius ad umbram terreſtrem, quæ & ipſa, ut Sol, Eclipticam lineam obſervat, admota, Eclipſes Lunares crebriores efficeret.

Eodem modo ſi ijdem latitudinum maximarum Lunæ termini, ampliores facti eſſent, ut ex obſervationibus Meteoroſcopicis conſtaret, eoſdem ab Ecliptica longius hoc ſeculo, quam veterum Aſtronomorum ſcripta produnt, receſſiſſe: Inferretur & hoc, rariores nunc eſſe utriuſq; luminaris Eclipſes, quam priſcis temporibus ſunt obſervatæ. Luna enim à Solis via longius diſtans, ut in conjunctione ſeſe inter Solem & viſum noſtrum haud facile interponit, & quo minus aliqua Solis Eclipſis metuatur efficit: Ita in oppoſitione facilius umbram terræ evitat, & quo minus defectus Lunæ contingat, impedit. Jam vero in illis terminis nulla unquam eſt deprehenſa mutatio. Omnes enim omnium temporum obſervationes, in Luna diligentiſſime ab Aſtronomis habitæ, teſtantur, eandem maximam viæ Lunaris ab Ecclíptica nunc eſſe diſtantiam, quæ multis ab hinc ſeculis ab artificibus literis prodita eſt. Ac licet Tycho accuratiſſimis ſuis obſervationibus edoctus, multa in Luna limitaverit, angulumq; obliquitatis viæ Lunæ ad Eclipticam diſſimilem ſubinde fieri docuerit, imo incidente Luna in quadraturas, 5 gr. 17/, 30// eſſe definiverit; tamen in conjunctionibus & oppoſitionibus luminarium eundem Ptolemaicæ determinationi quam proxime reſpondere, & ad ſummum tantummodo 1/ 30// minorem eſſe oſtendit.

Idcirco firmiter quoq; ſtatuendum nobis eſt, nec majore, nec minore, ſed eâdem frequentia Eclipſes hiſce temporibus, atq; olim, contingere. Ubi enim nulla in cauſ-

in cauſ-

in caussis deprehenditur mutatio, ibi necessario & effectus prioribus respondent, nec vel majore, vel minore copia sese exhibent.

Quod si quis ex mutata λοξώσει Eclipticæ maxima, quæ nunc temporis calculo Prutenico 24, secundum Tychonem 21 ferè minutis minor existit, quam eam Ptolemæus, & Ptolemæum antecedens Hipparchus observarunt, majorem Eclipsium frequentiam nihilominus confirmare ausit, ei hoc perpendendum objicimus; Num ab Eclipticæ declinationibus, num vero à viæ Lunæ ab orbita Solis digressionibus, Eclipsium rationes dependeant: Nos sane statuimus, ipsamq; rationem rectam hoc nobis dictitare animadvertimus, declinationes Eclipticæ per se nihil addere vel adimere Eclipsibus; Et omnes omnium temporum Eclipses aliunde non dijudicari, quam à digressionibus viæ Lunæ à via Solis, ut ut alij fortè, qui crebriores constituunt Eclipses, diversum sentiant. Namq; licet Ecliptica etiam cum æquatore uniretur, adeo ut ab æquatore nihil quidquam distaret, sed plane eidem congrueret: nullam tamen illa convenientia Eclipsium diversitatem afferret, nisi & via Lunæ ad Eclipticam propius accederet. Confirmant idipsum latitudines Lunæ, quæ in calculo Eclipsium unicè semper attenduntur, siquidem ex illis principaliter cognoscitur, num aliqua vel nulla in luminaribus expectanda sit Eclipsis. Eadem verò ratio declinationum Lunæ in calculo non habetur, sed illæ potius negliguntur, quandoquidem ex declinationibus nihil quidquam hac in parte colligi aut extrui potest.

Quamobrem omnino statuendum est, Eclipses hoc nostro seculo neq; crebriores neq; rariores esse, quam fuerint majorum nostrorum temporibus, licet non pauci reperiantur, qui id asseverare non dubitent.

His hic adductis, si cui forte satisfactum non sit, sed ex mutata Eccentricitate Solis, quam nonnulli corrugationem cæli, sed falso, & absq; evidentibus rationibus vocant, frequentiam majorem Eclipsium inferri posse contendat, tantum abest, ut eam inde probet, ut potius majorem earundem raritatem concedere cogatur. Constat enim ex caussis Opticis paulo ante propositis, quod Sole in ima absidе constituto, umbra terrestris minus extendatur, & citius desinat: In summa vero abside existente, eadem umbra & longior sit, & tardius in acumen fastigietur. Unde hoc omnino inferendum esse videtur, si Sol tam Solstitialis quam Brumalis terræ vicinior sit, esse & umbram terrestrem minus extensam & latam, & eandem à Luna facilius evitari posse: Quod quidem sine majori Eclipsium Lunæ raritate hisce temporibus nequaquam accideret.

Ut igitur, quid hac de re sentiendum sit, manifeste appareat, paucis expediam. Primum certum est, Solem æstivo tempore, quando circa summam orbis sui absidem existit, & à terra longissimè abest, & non modo minori quantitate, sed & tardiori motu conspicitur, tantum à terræ superficie nunc non abduci, quantum quidem olim, temporibus Hipparchi & Ptolemæi remotus fuit. Docent enim observationes Astronomorum, & paulo velocius eum nunc ferri quam olim, & 9 min. sec. ejus diametrum majorem nunc cerni quam olim: quæ singula probant, propiorem nunc esse Solem terræ circa ἀπόγειον sui circuli, quam temporibus veterum deprehensus sit. E contrario vero & hoc manifestum est, eundem Solem hyberno tempore, quando circa imam orbis sui absidem constitutus est, & ad terram quam proxime accedit, & non tantum majori quantitate, sed & velociori motu apparet, terræ adeo vicinum nunc non esse, ut Hipparchi & Ptolemæi seculo fuerit. Ex Astronomorum enim τηρήσει constat, & tardius eum nunc moveri quam olim, & 10 min. secun. ejus diametrum minorem nunc conspici quam olim: quæ quoq; singula confirmant, remotiorem nunc esse Solem à terra circa περίγειον sui circuli, quam temporibus veterum fuerit observatus.

Quia ergo ἀπόγειον Solis ad terram tantummodo propius accessit, περίγειον vero ab eâdem longius recessit: apparet mutatam quidem esse ἐκκεντρότητα, hoc est distantiam centri orbis Solis à terra centro universi, non verò orbem ipsum. Namq; si utrumque tam περίγειον quam ἀπόγειον terræ appropinquassent, orbisq; Solis contractior factus esset, eadem procul dubio mansisset Eccentricitas, imminuta solummodo diametro orbis. Jam quia Eccentricitati solum decessit, nihil imminuta orbis Solis quantitate; certum est & Eclipses eâdem nunc, nec vel majore vel minore frequentia apparere.

Quamobrem cum neq; Opticis neq; Astronomicis rationibus confirmari possit, quod hoc nostro seculo major Eclipsium copia sese nobis ostendat; videant sane illi, qui diversum à nobis sentiunt, quomodo sua tueantur: Meum fuit paucis monere, nihil novi hac in parte in cœlo fieri, utut meæ Ephemerides magnam Eclipsium frequentiam ponant & describant.

Tuæ vero Reverendissimæ Celsitudini Archiepiscope ac Princeps Illustrissime Domine clementissime, partem hanc priorem Ephemeridum mearum privatim dedico, consecro & approprio, & cum ea Introductionem, posterioremq; Ephemeridum partem simul offero, non modo quod totũ hoc meum opus inclytæ domui Brandenburgicæ, in qua tu ceu illustris gemma emines & fulges, destinaverim, illudq; ad horizontem Academiæ Brandenburgicæ, in qua Illustriss. Electoris IOANNIS GEORGII laudatissimæ memoriæ avi tui, patrisq; Illustriss. IOACHIMI FRIDERICI Electoris ante annum ex hac in cælestem vitam pientissime evocati, consensu & approbatione professionem Mathematicam nunc annos 23 sustineo, conscripserim: Quas ob caussas quoq; ad testandam debitam observantiam & gratitudinem meam erga terrarum harum Patres & Possessores potentissimos, Dominos meos clementissimos, locumq; ipsum, qui me & meos fovet, opus hoc titulo Ephemeridum Brandenburgensium nunc emitto: verum etiam quod Reverendiss. & Illustriss. T. Cels. cum in patria hac Academia cum Illustriss. Principe FRIDERICO Marchione Brandenburgense patruo, Ephoro existente Nobilissimo & præstantissimo viro SIGISMUNDO ab Hagen, per quadriennuum fere

fere integrum degeret, inter alia studia quæ sedulo semper tractavit, Astronomica quoq; & Mathematica amaverit & coluerit, meq; earũ Professorem sæpe benignissime exceperit, ejusq; Eclipsis ⊙, quæ anno 1601 mense Decembri die 14 Calendarij Iuliani contigit, observationem & explicationem à me desideraverit & requisiverit; quam quoq; lubenti animo perfecissem, abblandiente nobis initio sub prandio ante Eclipsin auræ serenitate, nisi subita tempestas exorta cælum nubibus obduxisset, largaq; nix cadens totum illud temporis spacium cum obscuritate & tenebris transmisisset; Interim nihilominus ne tempus, cujus jactura perniciosissima est, in utiliter abiret, tabulas Geographicas contemplati sumus, & de caussis Eclipsium contulimus. Ut ergo Reverendiss. & Illustriss. Celsitudo tua hunc meum ingenij fœtum, indignum quidem amplitudine virtutum heroicarum, quæ in ea fulgent & splendent, serena ac hilari fronte accipiat, meq; in numero eorum, quibus dignitas ac incolumitas inclytæ domus Brandenburgicæ cordi est, benignissimè & clementiss. habeat, humilime peto. Quod superest, DEUM Opt. Max. ardentissimis precibus oro, ut te; quem ad summam dignitatem Archiepiscopalem cõcordibus suffragijs per quam illustris & sapientissimi Canonicorum Collegij evectum, per varia & periculosa loca & regna cum Nobiliss. aulæ tuæ Magistro SIGISMUNDO ab Hagen, alijsq; fidis ministris proficiscentem, clementissimè ad hoc usq; tempus incolumem servavit, & præcedenti anno gubernationi publicæ cum subditorum ad Archiepiscopalem sedem pertinentium summo applausu & devota acclamatione præfecit; in posterum quoq; recte valentem ac florentem diutissime conservet, tibiq; gubernationem tranquillam & salutarem Ecclesiæ suæ largiatur, per filium suum unigenitum IESUM CHRISTUM Dominum & Redemtorem nostrum unicum Amen. Francofurti Marchionum Calendis Junij ANNI M. DC. IX.

Reverendiss. & Illustriss. Celsitudinis T.

addictissimus

David Origanus.

Ephe-

EPHEMERIS ANNI CHRISTI 1595

Qui est annus tertius post intercalarem.

A condito mundo juxta Orient: Ecclesiæ Græcæ Constantinopolitanæ placita	7103
Occid. Ecclesiæ Romanæ, Eusebii, Platinæ, & aliorum numerationem	6793
Hebræorum seu Iudæorum supputationem	5355
Historicæ veritatis calculum	5544
A diluvio, cujus initium Anno mundi ineunte 1656, finis initio ferè 1657 congruit	3888
A promissione Abrahamo facta, post quam egressus est ex Haran	3522
Ab exitu Israelitarum ex Ægypto & data lege	3092
Ab ædificatione templi Salomonis	2612
A captivitate Babylonica	2185
A passione CHRISTI	1562
Græcorum Atticorum ab Olympiadibus: Annus secundus Olympiadis	593
Romanorum; ab urbe Roma condita	2347
Syrorum; A regno Seleuci Nicanoris, quæ & æra Alexandri Dhilkarnain dicitur	1906
Romanorum; Ab ordinatione Juliana, seu anno Iuliano instituto	1639
Et ab eodem per Gregorium 13 Pontificem emendato	13
Hispanorum; Ab æra Augusti Cæsaris, quæ & æra æris dicitur	1632
Æthiopum & Abissinorum; Ab æra Diocletiana	1311
Arabum; in annis Arabicis: Apud Indos ab ordinatione Iuliana	1690
Turcas ab Hegira Muhamedana	1003
Persarum; Ab æra Gelalæa, quæ ab anno Christi 1079, 14 Martii die deducitur	516
A Nabonassaro in annis Ægyptiis 365 dierum	2343
Ab obitu Alexandri Magni in iisdem annis	1919
A morte Jesdagird ultimi regis Persarum	964

Hoc anno notæ vulgares sunt in ἐπιλογισμῷ

RECENTIORI		JULIANO
19	Aureus numerus	19
8	Cyclus Solaris	8
A	Litera Dominicalis	E
8	Indictio Romana	8
19	Epactæ	29
Hebd: 6 Diei: 0	Intervallum minus	Hebd: 9 Dier: 4
12 Februarii	Quadragesima	9 Martii
26 Martii	Dominica Paschatis	20 Aprilis
4 Maii	Ascensio Christi	29 Maii
14 Maii	Pentecoste	8 Junii
3 Decemb:	Adventus Domini	30 Novemb.
27	Dominicæ post Trinitatis	23

QUATUOR ANNI TEMPORA:

8 Hebd.	ad 15 Febr.	Primum	12 Hebd: ad 12 Martii
13 Hebd:	ad 17 Maii	Secundum	13 Hebd: ad 11 Junii
18 Hebd:	ad 20 Sept.	Tertium	14 Hebd: ad 17 Septemb:
13 Hebd:	ad 20 Dec:	Quartum	13 Hebd: ad 17 Decemb:

A

Radices mediorum motuum ad longitudinem Francofurti Oderæ, & meridiem 1 diei Januarii Anni 1595, in duobus mundi luminaribus, juxtà Nobilissimum Astronomum Tychonem de Brahe, & ἐπιλογισμὸν Lilianum ità se habent:

	Sign:	Grad:	/	//
Apogæum ☉	3	5	35	14
Longitudo ☉	9	10	16	39
Longitudo ☽ á Sole	8	5	9	31
Anomalia ☽	6	1	17	30
Latitudo ☽	4	7	38	46

In iisdem verò luminaribus & reliquis stellis juxta tabulas Prutenicas tales sunt:

	Sex:Par.	/	//	///	/v
Præcessio æquinoctiorum	0	27	46	58	37	32
Anomalia obliquitatis & æquinoctiorum simplex	2	53	53	28	41	42
Solis æqualis á prima ✳ ♈	4	12	8	18	37	10
Compositus ☉ ab æquinoctio medio	4	39	55	17	14	42
Anomalia annua ☉	2	59	58	10	15	38
Longitudo ☽ á Sole	4	5	18	2	41	52
Anomalia seu argumentum ☽	3	1	15	27	2	2
Latitudo Lunę á Boreo limite	0	37	31	42	48	40
Longitudo Saturni	1	46	53	38	10	29
Apogeion seu aux ♄	4	1	15	11	51	14
Anomalia Commutationis Saturni	2	25	14	40	27	32
Longitudo Jovis	5	9	29	6	12	57
Apogeion seu aux ♃	2	38	43	39	32	4
Anomalia commutationis Jovis	5	2	39	12	26	7
Longitudo Martis	3	24	58	40	29	53
Apogeion seu aux ♂	2	0	29	40	4	59
Anomalia commutationis Martis	0	47	9	38	7	12
Apogeion seu aux Veneris	0	48	21	0	0	0
Anomalia commutationis ♀	2	22	57	12	26	24
Apogeon seu aux Mercurii	3	32	12	33	39	22
Anomalia commutationis ☿	2	21	37	24	13	58

Motus

Motus Veri.

	Grad.	/	//	///	/v
Vera æquinoctiorum pręcessio est	28	2	4	56	32
Obliquitas maxima Zodiaci á Tychone hisce temporibus constituitur	23	31	30		
At juxta tabulas Prutenicas est decrescens adhuc	23	28	4	5	

Eccentricitas ☉ á Tychone supponitur hoc seculo particularum 35840 qualium semidiameter Eccentrici ☉ est partic. 1000000 vel part. 2, 9 qualium semidiam: Eccentrici ☉ est part 60. Reinholdo veró est decrescens particularum 32222 qualium semidiameter Eccentrici ☉ est partic. 1000000 vel partis 1, 55′, 59″, 56‴, qualium semid: Eccent: ☉ est part. 60

			Grad.	/	//	///	/v
Locus apogei	☉	♋	9	18	94	50	32
	♄	♐	29	17	16	47	46
	♃	♎	6	45	44	28	36
	♂ estin	♌	28	31	45	1	31
	♀	♊	16	23	4	56	32
	☿	♂	0	14	38	35	54

Anni Tropici Vera seu apparens magnitudo Copernico & Reinholdo est Dierum 365, Horar: 5, scrupul 55, 28 , 43 , quæ Tychoni est hisce seculis Dierum 365 Horar: 5. scrup 49 ferè. Hinc quia tabulæ Prutenicæ anni quantitatem justo majorem ponunt, fit, ut quotannis Sol tardius semper singula Zodiaci loca adeat, quam cœlum ipsum & accuratiores observationes ostendunt: Nec potest Ephemeris unius anni, quę differentias inter calculum Prutenicum & accuratum Tychonis indicat, absq; errore enormi, aliis annis, præsertim remotioribus accommodari, utut quidam, qui hac in parte laborarunt, sibi idipsum persuasum habeant, quod semel meminisse satis judicamus.

Eclipsium ☉ & ☽ Anni 1595 omnium, supra & infra terram, ex Canonibus Prutenicis & Tychonis, descriptiones.

Quatuor hoc anno in terrarum orbe evidentes observantur Eclipses Luminarium Duæ Solis, duæ Lunæ, quarum duæ tantum, prior Lunæ & altera ☉ in nostro horizonte, reliquæ extra conspiciuntur:

Prima ☉ 9 Aprilis Liliana, 30 Martii Iuliana numeratione, apparet habitantibus in Magellanica non ita pridem versus Austrum inventa terra:

Calculo enim Prutenico			H	/	//	*Calculo verò Tychonico*				/	//
Media ☌ accidit Aprilis Die		9.	0	0	43	Aprilis Die	9	H	0	17	29
Intervallum inter M. & V. ☌ est Add.			7	50	32				8	1	31
Vt Vera ☌ cadat in diem Aprilis		9	7	51	15		9		8	19	
Temporis Prostaph: est Adden:				5	8					6	53
Hinc tempus apparens est Aprilis dies		9	7	56	33		9		8	25	53
Hoc tempore vera æquinoct. præcessio est	Grad:		28	2	15						
Anomalia ☉ coæquata	Sign.	9	7	46	29		9		11	51	32
Anomal. ☽ coæquata		0	28	4	40		0		24	3	4

A 2 Verus

Verus & coæquatus motus latit: ☽	Sign.	8	15	59	33	11	16	34	5
Et vera latitudo Lunæ Merid Ascend.			1	12	31		1	9	15M
Suntq; ☉ & ☽ Veris motibus ☌ prope ☊ in ♈	Gr.		18	54	30		19	26	33

Quia verò ex ☽ latitudine apparet, conjunctionem hanc nobis Eclipticam esse non posse: Convertamus nos oportet in Australem mundi partem, remotam a nobis versus occasum.

			ad horas 5 14 12		
Prutenico quidem calculo ad Horas 4 45 min. fere Cujasmodi est prope fretum Magellanicum in Terra del Fugo longit, 321 part: 45 min. Latit. Aust 60 grad & ultra Ibi enim vera copula in 90 Eclipticæ grad incidit Hor: 3. 45 P. M.			Longit. 317 gr 28. / Latit. Austr 60 gr Ibi enim vera copula in 90 Eclipticæ gradu incidit; H. 11 /, 22 P M.		
Estque distantia à vertice Part:	76	Min: //		77 26	12
Parallaxis ☉	2	52		2	55
Lunæ	52	7		58	3
Sola Lunæ a Sole	49	45		55	8
Quod si parall. hæc ☽ in Septentrionem cadens subtrahitur à latitudine ☽ vera supra proposita relinquitur Visa	22	46		14	7M
Hæc etsi Australis est, tamen circa proposita terræ loca versus Zenith & superiora respectu Eclipticæ vergit. ☉ semid.	16	14		15	24
☽ semid.	15	8		13	8
Aggregat semid:	31	22		28	32
Pars deficiens	8	36		14	25
Hinc ipsa Eclipsis 3 Digit. 5 min.				5 dig. 37	1
Scrupula incidentiæ sunt	22	6		24	47
Motus ☽ horarius verus	26	50	Verus ☽ à ☉ Horar:	27	25
Parallaxis horaria Subt.	4	40		5	25
Visus horarius ☽ motus	22	10	Visus Horar. ☾ à ☉	22	0
Tempus incidentiæ 1 Hora fere			1. Hor	7	35
Et tota duratio Horar. 2 propemodum.			2	15	10

Secunda Lunæ 24 Aprilis anni novi, 14 vero Aprilis Anni Veteris mane sese nobis offert

		Hor:	/	//			H	/	//
Media n. ☍ in nostro Meridiano contingit Aprilis Die	23.	18	22	45	Die	23	18	39	31
Differentia M & V. ☍ est subtr.		2	18	47			1	56	31
ut Vera ☍ cadat in 23 April.		16	3	58			16	43	
Temporis prostaph. addenda est			8	31				7	11
Unde Tempus apparens est Aprilis Dies	23	16	12	29			16	50	11
Hoc tempore verá equinoctior: præcessio est Gr:		28	2	16					
Anomalia ☉ coæquata Sign:	9	21	54	35		9	26	0	10
Anom. ☽ coæquata	7	2	38	7		7	6	28	55
Motus latit. ☽ coequat.	3	0	56	24		6	1	21	42
Et Vera latit. ☽ Merid. Desc.			4	54				7	6
Estq; Sol prope ☊ in ♉ Grad.		2	54	58	☉ in ♉ Grad.		3	24	37
Luna prope ☋ in ♏		2	54	58	☽ in ♏		3	24	53

Semid.


Semidiameter umbræ		48	46		46	27
Variatio umbræ			16			5
Vnde æquata semidiam: umbræ est		48	30		46	22
Semidiameter Lunæ		17	32		17	46
Aggregatum semidiam:		66	2		64	8
Hinc subtracta Latit: ☽ Pars deficiens		61	8		57	2
Et digiti Ecliptici	20	55	14	19	15	38
Scrupula incidentiæ & moræ dimidiæ sunt		65	49		63	44
Sed moræ solius		30	33		27	42
Hinc incidentiæ erunt		35	16		36	2
Quando verò Lunæ horarius à Sole est		34	8		32	39
Erit tempus incidentiæ Hor.	1	2	fere	1	6	13
Et moræ dimidiæ		53	23		50	54
Unde tota duratio colligitur Hor:	3	50	46	3	54	14
Latit ☽ ad initium obscur Sept. Des.		1	11		1	9
Ad finem Mer. Des.		11	2		13	1

Meridianus huius Eclipsis removetur à nobis versus occasum ad Hor 4, 12 in longit. terræ 333 part. unde in extremitate Orientali Mexicanæ, Terra de Laboradore, Terra Corterealt, Et de Baccaleos: In Peruviana, ad exitum Oreglianifluvii, ad Humos oppidum post apud Mepenes & Chicas habitantes, ipsumque Orientalem aditum freti Magellanici tenentes in medio cæli hanc Eclipsin vident.

Iuxta vero calculū Tychonicum removetur versus occasum ad Horas 4 50 / in longitud. terræ 323 part, 30 unde ad sinum de Merosro, Orientalem partem Norembegæ, Antillas, Picoranı insulas, Chamechinganem, & strictum Victoriæ in freto Magellanico, oppositio hæc Ecliptica in ipso Meridiano conspicitur.

		H	/	//	H	/	//		
In nostro vero meridiano conspicitur	Principium Eclipsis	2	17	6	2	53	4	mane diei	24 Aprilis anni novi
	Initium totius obscurationis	3	19	6	3	59	17		
	Medium Eclipsis	4	12	29	4	50	11		14 April. veteris
	Initium recuperatæ lucis	5	5	52	5	41	5		
	Finis Eclipsis	6	7	52	6	47	1		

Schema obscurationis.



Tertia ⊙ die 3 Octobr. anni novi vel 23 Sept: anni veteris, sese nobis post meridiem exhibet, cujus hæc notetur descriptio.

	D	H	′	″	Octobr. D	H	′	″
Media ☽ & ⊙ ☌ accidit nobis *Octob:*	3	4	25	1	3	4	41	46
Differentia M. & V. ☌ est subtr.		2	35	50		3	4	46
ut vera eveniat Octob,	3	1	49	11	3	1	27	
Temporis Prostaph: Adden: est			16	55			3	26
Tempus ergo apparens Vera ☌ est *Octobris Dies*	3	2	6	6	3	1	30	26
Hoc tempore vera æquin. præcessio est, Part.		28	2	34				
Anomalia ⊙ coæquata Sign:	3	1	58	7 Sign.	3	6gr	1	17
Anom: ☽	5	24	23	39	5	24	30	7
Motus latitud. ☽ Verus	2	16	5	11	5	16	3	30
Et luminaria ipsa sunt prope ☍ in ♎		9	27	3		9	34	11
Quia veró luminaria absunt à Meridiano Horis		2	6	6		1	30	26
Erit distantia a Vertice Part:		61	20			59	18	47
Et latus longit:		1	15					
Parallax: ⊙ Μηκοπλ:			2	36			2	4
Lunæ			54	58			54	27
Sola ☽ á Sole			52	22			52	23
Et in longit: tantum			1	8			6	45
Porro cum vera ☌ ante 90 Eclipticæ gradum in quadrantem Zodiaci Orientalem incidat: Erit ad Horam quæ veram ☌ proxime antecedit; Estq; à meridie Horæ		1	6	6		0	30	26
Distantia à Vertice Part:		57	50			56	34	55
Latus longitud.		11	10					
Parallax ⊙ Μηκοπλ:			2	31			2	30
☽			53	45			52	49
Sola ☽ á Sole			51	24			50	19
Et in longitud: tantum			9	32			15	13
Atque ita differentia parall. longit:			8	24			8	28
unde quia motus ☽ horarius verus est			35	6			35	39
Erit visus motus ☽ in hora			26	42			27	11
Ipsumque intervallum veræ & visæ ☌ Sub. Hor:		0	2	33		0	14	53
Tempus ergo visæ ☌ cadit in Octob. Diem	3	2	3	33	3	1	15	33
Quo tempore est Distantia à vertice Part		61	30			58	22	32
Latus longitud:		1	50					
Latus latitud.		59	58					
Parall. ⊙. Μηκοπλ.			2	35			2	33
Lunæ			55	4			53	51
Sola ☽ á Sole			52	28			51	18
Et Lun. in longitud. tantum			1	36			8	44
In latit. vero solam			52	26			50	33

Cumq;

Cumque motus ☽ verus interstitio veræ & visæ ☌ correspondens ferme æqualis sit parrallaxi longit: Est namque 1′ 44″ Visa copula recte inventa est.

				′	″
Conveniet autem illi interstitio motus ⊙					6
Et Lunæ,				1	44
Quæ particulæ simul subductæ à motu latitudinis superiori Relinquunt motum latit. ☽ ad visam ☌	Sig. 2	16	Gr.	3′	21″
Cui convenit latit. ☽ Vera Sept. desc.	1			12	12
Subtracta ergo paral. latit. restat visa latit. S.D.				19	46
Est præterea Semidiameter ⊙				16	19
Semid. ☽				17	49
Et aggregat: semid.				34	8
Hinc subtracta latit. ☽ visa Pars deficiens				14	22
Et Digiti Ecliptici	5	18′		fere	
